



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt V. De doctrina fidei proponenda, tam doctis, quam rudibus; etiam de ordine quo est declaranda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**



CAPVT IV.

De præparatione generali ad Baptismum, Catechumenis persuadenda.

1. S. Clem  
1.3. Recogn  
& 1.7.  
const.  
Apost.  
6.23. Tert-  
ull. l. de  
Bapt. ad-  
vers.  
Quintil-  
lan. c. 2. O.  
tom. 3.  
apud 7. a-  
cobum  
Pamelium  
S. Greg.  
Naz. orat  
in S. Bap-  
tistua. S.  
Sircicus  
PP. epist.  
ad Hime-  
rium Tar-  
racon. c. 2  
tom. 1.  
Conc. S.  
Leo PP. ep  
4. ad episc  
Sicilia. c. 6  
& epist.  
80. alias  
78. ad E-  
pisc. Cam-  
pania.  
2. Concil.  
Niceasa-  
rien. c. 5. seu  
can. 5.  
Conc. Ni-  
ceenum c.  
seu can.  
14. alias  
13. tom. 1.  
Conc. &  
ref. ratur. a  
Conc. 6.  
Cariba-  
gin. in ep.  
ad Boni-  
fac. Pap.  
1. col. tom  
1. Conc.  
Concil.  
Elib. c. 68.  
3. S. Cyrill  
Hierosol.  
in proa-  
techesi an-  
te sin.  
4. S. Sivi-  
cus, & S.  
Leo Papa  
in supra  
cit asis  
epist.

**Q**uo tempore Catechumeni in Catechismo, & probatione sunt, doceantur non temere, non inconsulte, non imparati ad Sacramentum Baptismi accedere, sed juxta illud Actuum Apostol. cap. 2. *Pœnitentiam agite & baptizetur unusquisque vestrum, debere retroacta vitæ penitere, novam incepturum; quam obrem, & in primo scrutinio, cinere in penitentia signum consperguntur. Hanc autem præ se ferre etiam debent & operibus, & exterioribus signis, nempe humili ac modesto habitu, abjectisque pretiosis vestibus, & curiosis. Itaque ad balnea, theatra, ludos, spectacula, & hu- jusemodi loca non accedant, ac ab omni specie ma- li abstinentes, sobriè, piè, & castè vivant, & à prop- riji etiam uxoribus se continent.*

**P**raeterea 1 crebris orationibus, geniculatio- nibus, lactymis, vigilijs, jejunijs, & similibus peni- tentia operibus, quæ in Baptismo adultorum ex antiquo Ecclesiæ more præmitti consueverunt, assiduo vacent, pauperum miserentur, elemosy- nas secundum facultates sibi à DEO datas largi- antur, & in alijs pijs charitatis officijs se exercent, atque semetiplos in omnibus probent. In Cate- chesim animum intendant, & quotidie congruo tempore, mane scilicet, & vesperè instruantur. Ec- clesiam frequenter adeant, in qua tamen seorsum ab alijs Fidelibus orent, & missæ tantum Catechu- menorum intersint.

**S**i quod 2 grave peccatum interim admiserint, correctioni, & coëctioni subjiciantur sui Recto- ris, seu Præfati, qui juxta delicti qualitatem in eos animadvertat, ea tamen moderatè, ne pæ- næ acerbitate deterreantur, ac à fidei proposito re- cedant.

**S**i tentatione aliqua, dum in Catechismo sunt, à fide defecerint, & ad infidelitatem redire volue- rint, non statim propterea dimittendi sunt, sed ali- quantisper detinendi. Interim piorum vitio- rum lusionibus, hortationibus, & oratione detur opera, ut resipiscant, qui si nihilominus sanis ser- monibus non acquiescentes, in infidelitate persis- terint, abire sinantur.

**L**iberi vero eorum, & alij, quos Ecclesiæ Chri- stiana fide imbuedos obtulerint, retineantur, & baptizentur, si nondum fuerint baptizati; nisi sint adulti, & ipsi fidem suscipere renuant, ac recedere velint.

**P**ropter 3 tentationes autem, quas Catechu- meni sequenter patiuntur, eos sæpe exorcizari oportet, eisquæ à presbytero sæpe manus imponi: curandumque est, ut pro ipsis in Carechumeno- rum domo & Ecclesia, ac in alijs Ecclesijs, Mona- steijs, & pijs locis assidue orationes fiant. Sed & ipsi monentur, ut cum de incredulitate tentan- tur, vel modicè se fidei esse agnoscent, ad Chri- stum conversi sæpius dicant: *Adjuva Domine in- credulitatem meam. Item, Adauge Domine fidem.* Atque humiliter & instanter orantes, stabili fidei donum petant. Et si quando à malignis spiritibus eos corripit, & vexari contingat, quod nonnun-

quam evenire solet, similiter super eis imponantur manus, & fiant exorcismi, & orationes.

**C**um Catechumenis præterea initius agen- dum, non asperè, nec durè tractandi sunt, neque ea, quæ provectorum in fide, ac perfectiorum sunt, eis facienda statim proponi debent, juxta il- lud Apostoli ad Corinthios: *Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus.* Tanquam parvulus in Christo, lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis. Neque etiam Christiana perfectio ab eis exigenda est, juxta sententiam Sal- vatoris: *Nemo immittit commissuram pavini rudis in vestimentum vetus, tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & pejor scissura fit.* Neque mittant vinum novum in utres veteres, alioquin rumpuntur utres, & vinum effunditur, & utres pereunt: sed vinum novum in utres novos mittunt, & ambo conservantur. Sed paulatim Christianam perfectionem edocendi sunt, & interim quædam ipsorum imperfectiones, quoad in Christiana pietate coalescant, Christi exemplo, qui diu Discipulos suos sustulit, tole- randæ sunt. Quia in re imitandus est etiam Apo- stolus, qui ait, *Factus sum infirmus infirmus, ut infirmos lucrificarem: omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrificarem salvos.* Quapropter in principio Cate- chumeni ad ea, quibus nondum affecti sunt, aut quæ alioquin ipsis sunt difficilia, nimis ur- geri, aut cogi non debent, modo abist contemp- tus, aut superstitio.

**Q**ui itaque flexis genibus orare assuevit non fue- rint, non dum in genuflexione, donec sic orate as- sueverint, detineantur.

**A**d carnum, aut aliarum escarum sibi olim Re- ligatione, aut lege vitæ carum esum, qui ad eas nun- dum assuevit in ijs fumendis naufragam patiuntur, eos com- pellunt non oportet: sufficit autem, si illas in- terim degustent, aut olea cum ipsis cocta come- dant, ne eas abominari, aut execrari, aut propter conscientiam eis vel inolle videantur: vel si saltem Syno- dialios cibos in Christianorum, aut vasis decoctos, aut panis appositos, non rejiciant, aut discer- nant. Ita & in consimilibus casibus, qui Catechu- menis præfunt, omni cum charitate, & discretio- ne erga ipsos, ne liquam fumigans extinguant, pro- bè ac prudenter se gerant.

CAPVT V.

De doctrina fidei proponenda, tam doctis, quam rudibus; etiam de ordine quo est declaranda.

**Q**uoniam vero ante Baptismum ea, quæ cre- dere, & quæ servare debent, & edocendi sunt, juxta præceptum Domini, dicens *Matth. 28. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis.* Ideo in Catechi- smo Sacerdos primum Catechumenos instruat de mysterio sanctæ Trinitatis, illud eis planè ac simpliciter exponens: non arduas disputationes, non difficiles, aut perplexas Theologicas questio- nes, quibus vel confundi, vel de fide dubij reddi possent, proponet.

Deinde

& habetur de consec. dist. 4. cap. ante Baptismum, Sacram.



Deinde eos doceat ex Moyse & Prophetis, ex Apostolis & Evangelistis, omnipotentem DEUM omnia per Verbum sibi coaeternum & consubstantiale, hoc est, unigenitum Filium suum, tam visibilia, quam invisibilia initio creasse, atque ex nihilo condidisse.

1 S. Clem. lib. 7. con. Tit. 6. 39.

Ecclesi. 15. Sap. 2. in fin. Rom. 5.

Explicet autem eis casum Angelorum, & ordinem creationis, & divinam in creaturas providentiam, cur mundus conditus, cur homo creatus, quomodo gratia, & arbitrii libertate donatus, & in paradiso colonus positus, quomodo invidia diaboli mors introiit in orbem terrarum, & primi parentes ab eo seducti, DEL praecceptum praevaticantes, per inobedientiam ceciderunt, & quomodo originale peccatum, ab Adam in posteros omnes, perpetua damnatione transmissum est, nam sicut ait Apostolus: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

Postea vero doceat, quomodo DEUS, qui dives est in misericordia, statim post Adae peccatum promiserit se missurum Christum, ut serpenti caput contereret, id est, ut diaboli regnum, quod in humanum genus sibi inique usurpaverat, destrueret, & nos a potestate tenebrarum eriperet, & transferret in Regnum suum, & ipsum deinde omnibus sequentibus saeculis usque ad ejus adventum reprobis Patribus per Prophetas, quem proposuit propria orem per fidem in sanguine ipsius, ut merito dicat Apostolus: Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia: ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per justitiam in vitam aeternam. Ac tum opportunè eorundem Prophetarum divina oracula, & praedictiones de ejusdem aeterni Verbi unigeniti DEL filii Domini nostri JESU Christi incarnatione, natiuitate, praedicatione, virtutibus, miraculis, aliisque operibus, passione, morte, sepultura, resurrectione, & in caelum ascensione, de Spiritu sancti missione, Apostolorum in toto orbe terrarum praedicatione, gentium vocatione & conversione, de qua futuro judicio, & futura omnium resurrectione, de secundo Christi adventu ad vivos & mortuos judicandos, de promissione & spe vitae aeternae, de retributione unicuique rependenda, juxta opera sua, de futura gloria, de igne & alijs gehennae pennis, & aeterna reproborum damnatione, Catechumenis fideliter exponat, atque ita paulatim eis explicet mysteria regni caelorum.

Rom. 5.

2 S. Clem. d. cap. 39. Pontific. Armenic. man. in ordine Catechis.

Verum quemadmodum Ethnicis & Infidelibus divina mysteria propalanda non sunt, dicente Domino in Evangelio: Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos; ita cum Catechumenis magna cum discretionè agendum est, ut juxta Sanctorum Patrum documenta, & traditionem, non omnia praesertim sacratiora quaedam fidei mysteria eis aperiuntur, quod ea, vel non capere, vel impossibilia reputare, aut intrudere facile queant, sed ea tantum, quae in vulgus efferri fas est, & non credentibus tuto praedicari possunt. Quae autem reconditiora, & magis mystica sunt, post Baptismum cum jam intra Ecclesiam fuerint, commodius poterunt edoceri, quae & ipsi apud se occultata, & clausa tanquam sigillo obfignata custodiant, nec infidelibus prodant.

Matth. 7.

3 S. Greg. Naz. orat. in Baptis. ma & Nicetas ibid. in sum.

4 Ex ejusdem S. Greg. & Niceta.

5 S. Gaudent. Brixian. in 1. & 2. tract. in

Si qui vero Catechumenorum ea mysteria, nosse seu se eorum rationem intelligere quarant, fides & humilitas eis commendanda, & inculcanda est testimonijs scripturarum, cujusmodi est illud Rom. 1. Insuper ex fide vivis. Et illud Isaia 6. Ni-

de 27. de Baptis. tom. 7. & c.

si credideritis, non intelligetis. Item Joan. 20. Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Et illud Eccli. 3. Altiore te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quae praecipit tibi DEUS, ita cogita semper, & in pluribus operibus ejus, ne fueris curiosus: non est enim tibi necessarium ea, quae sunt abscondita videre oculis tuis. I. etique Prov. 25. Qui scrutator est majestatis, opprimetur à gloria. Sunt praeterea confirmandi antiquorum Patrum exemplis, qui non querentes rationem eorum, quae à DEO habebantur, humili, & constanti in eam fide, impetra faciebant, atque ita illustria & admirabilia opera ediderunt, quorum etiam praeclearae fidei exempla Apostolus commemorat in epistola ad Hebraeos. 6. Ac proinde hortandi, monendique sunt, ut ea, quae de fide Trinitatis, & humani generis redemptione per Christum, ac de spe futuri saeculi eis tradita sunt, fideliter credant ac retineant, scientes, quod si prius crediderint, omnia postmodum suo tempore intelligent; & quando sublimitatem eorum, quae eis non traduntur didicerint, tunc plane cognoscent idoneos non esse Catechumenos ad ea audienda.

5. Ambr. l. de initi. andis. c. 2. to. 3. & c. Chrysostr. h. m. ad baptis. indos. tom. 5.

6 S. Cyr. ril. Hierosol. in praefat. catechis.

Sed & si qua proprio sensui repugnare, aut eis impossibilia fortasse videbuntur, admoneantur, ut captivantes intellectum in obsequium fidei, quae eis credenda proponuntur firmiter credant, quia non est in possibile apud DEUM omne verbum, & quae impossibilia sunt apud homines, possible sunt apud Deum.

7 S. Ambr. in lib. de iniciandis c. 1. tom. 4.

Ceterum dum catechizantur, instituendi sunt non solum doctrina fidei, sed etiam disciplina morum, & pietatis, ac confirmandi exemplis, ex gestis Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Virginum, Anachoretarum, & aliorum sancto:um peccatis, quod ea plurimum conferant ad aedificationem fidei & verae pietatis, atque ad imitationem provocent, ut & ipsi per Baptismum deinde renovati, & sanctorum imitatores, quantum Dominus dederit, effecti, ejus vitae utum teneant, quae ablutos decet, ac tales se in posterum praebant, quales oportet esse Fideles in Christo renatos.

Catechumenos, qui ingenio perspicaci, & intelligentiores sunt, Presbyter catechizat in fide ex divinis scripturis, juxta operam servatam à sanctis Patribus. Eruditiores quidem Catechista Theologus in fide plenius doceat infirmos, & quorum animos nuda intelligit, erigat atque confirmet.

Catechumenos quoque de Judaismo, altatumque eorum olim sectarum erroribus admoneat, & tam ex factis liberis, quam ex varijs veterum & sanctorum Patrum libris ac Tractatibus, praesertim vero adversus Judaeos & Gentes conscriptis, quorum aliqui inferius commemorabuntur, eorum falsitatem redarguat, ac refutet, & fidei veritatem astruat. Et ad tollendas de eorum mentibus falsas, si quas olim imbibierunt, de humana anima opinioniones, doceat eos, rationalem animam non corpoream, sed spirituales esse substantiam, & immortalem, intellectus, memoriae, & voluntatis potentijs, quibus ad imaginem DEL creata est, praeditam, & alia hujusmodi, quae ad errores repellendos noverit accommodata.

In primis autem eos doceat, quomodo se signo Crucis signare debeant, ducta scilicet dextra manu à fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum simul dicendo, dum tangunt frontem (In nomine Patris; dum pectus, (Et Filij;) dum sinistram & dextrum humerum, ( & Spiritus Sanctis.)

IOHANNES

Spiritus

II

VIII

28



Sancti. Tum eis ostendat ejusdem signi vim, atque virtutem adversus demones, & contrarias potestates, quod videntes signum summi Regis expavescant, & territi, ac confusi procul aufugiant. Quare eos moneat, ne Crucis signum erubescant, sed sibi illud in fronte sapissime, & confidenter

1. S. Cyril. in catech. 4. de ascens. Galat. 6.

inscribant, & in eo etiam maxime gloriantur, juxta illud Apostoli: *Mibi absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, & id quod cantat Ecclesia: Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra, per quem salvati, & liberati sumus.* Doceatque eos, ideo in fronte, quae sedes est pudoris, hoc signum fieri, ne Fideles Christi Crucem, quae antea opprobrium erat, erubescant. Hortetur igitur illos, ut publicè & privatim salutari signo crucis se muniant, cum cubitum eunt, cum surgunt, cum domo prodeunt, cum Ecclesiam intrant, cum orare incipiunt, & desinant, cum opus aliquod aggrediuntur, cum iter suscipiunt, cum equum, aut navim conscendunt, cum aliquod eis periculum impendit, aut pavor occurrit, aut cum cibum, vel potum sumpturi sunt, & in omni denique negotio & actione.

Symbolum Apostolorum eis sapius exponat, primum simpliciter, deinde pro ipsorum audientium captu luculentius, tum ex Symbolo Nicæno, & Constantinopolitano, quod canitur in missa, & ex Symbolo Sancti Athanasij Alexandrini, tum etiam ex Sanctis Patribus.

Explicitet quoque eis orationem Dominicam, & singulas illius petitiones, & ubi videbitur ad ipsorum audientium edificationem confettere posse, ex Sanctis Patribus in eorum Commentariis, vel propriis opusculis ac sacris interpretibus Divinorum eloquiorum, atque ex ipso item Catechismo Romano.

Eandem vero orationem, & symbolum ipsi Catechumeni memoriae mandate, & sapius recitare studeant.

2. S. Basil. serm. 1. 7. 2. de Baptis.

Doceat præterea Catechumenos 2. Præcepta Decalogi, Dilectionis DEI & proximi, ac legis naturalis erga proximum, virtutes Theologicas & morales, Beatitudines, Fructus Spiritus, Opera misericordiae corporalia & spiritualia, & Evangelica consilia.

3. S. S. Basil. ibid.

Doceat item eos de peccatis capitalibus, & mortiferis, ut ea vitare sciant, ac 3 ab his impostero abstineant, prout tenentur quemadmodum & cæteri Fideles: de corporis sensibus, ut eos à peccatis custodiant, de inimicis hominibus: de quatuor novissimis, atque alijs, quæ ad Christianam vitam institutionem pertinent.

Insuper eos doceat, omnipotentem & misericordem Dominum non modo ut DEUM & Creatorem, verum etiam ut Patrem, & humani generis Regem prorem, specialem curam atque providentiam de Electis suis, & in se credentibus habere: quod ostendit exemplis & autoritatibus Scripturarum utriusque instrumenti: præsertim vero Psalmographi dicentis: *Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia ejus, ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.* Et rursum: *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Item, *Oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Itemque, *Multa tribulationes Justorum, & de omnibus his liberavit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur.* Ac rursum: *Novis Dominus dies immaculatorum,*

Psal. 32.

Psal. 33. ibid.

Psal. 33.

& hereditas eorum in aeternum erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur. Et infra: *apud Dominum gressus hominis dirigentur, & viam ejus volet. cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.* Idemque confirmabit verbis Christi in Evangelio cum ait: *Nonne duo passeris asse vaneunt? Et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro: Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multa passeribus meliores estis vos.* Et demum, *Capillus de capite vestro non peribit.* Quod & in Mattheum & aliorum Sanctorum gestis mirificè elucet. Ac proinde eos, ut in DEO omnem spem, omnemque fiduciam collocent, admovebit.

Eos etiam doceat, quæ dum initiantur discere, ac per se ipsos, cum interrogati fuerint, respondere debeant: 4 quid item in Baptismi Sacramento renunciantum, quidve credendum sit, 5 oportere primum eos discedentes à fidei contrariis abrenunciare Diabolo, deinde Christo se adungere, ipsius fidem profitentes, ac ita prius de corde omni impietate ac malitia expulsa, veram pietatem amplectentes, myteria ingredi, & ad Baptismi gratiam accedere, sanctaque percipere debere, 6 Renunciatur autem Diabolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus. Opera vero Diaboli opera carnis esse intelliguntur, quæ sunt homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & alia his similia, quæ nimirum Diabolico instinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quam opere perpetrentur. Pompa vero ejusdem, sunt superbia, jaectantia, elatio, vana gloria, saltus, & alia quam plurima, quæ ex his oriuntur.

Dei autem operam prudens Catechista, ut omnia, quæ Christianæ Fidei repugnant, aut 7 disciplinam impediunt, removeantur, ac de eorum cordibus fundit us evellantur, ut his, quæ sunt Religionis & pietatis rectè imbui possint.

Quocirca moneat eos, ut avaritia, auspicia, divinationes incantationes, sortilegia, omnes denique superstitiones tanquam Diaboli commenta, & machinationes viant: sciantur vero sincerum Religionis cultum, veritatem justitiam, misericordiam, abstinentiam, verecundiam, pudiciam, castitatem, mansuetudinem, benignitatem, & reliquas Christianas virtutes, ut mentis humilitatem, oculorum modestiam, linguæ continentiam, sensuum mortificationem, corporis castigationem, superbiae compressionem, cogitationum puritatem, iræ moderationem, patientiam in tribulationibus, DEI & sibi præpositorum justionibus promptè & humiliter obedire, non reddere malum pro malo, non ulcisci, sed potius benefacere malefacientibus, inimicos diligere, orare pro persequentibus, injurias æquanimiter ferre, non jurare, non mentiri, non fraudare, non contumelias inferre, nec turpia aut stulta, aut scurrilia loqui, aut facere, neminem calumniari, aut circumvenire, neque aliud quicquam illicitum perpetrare, ac omnes præterea pravos habitus, & malas consuetudines abjicere: Motiendum enim sibi esse peccato, vivendum autem DEO. Nam & tunc digni erunt in nomine Trinitatis baptizari, ac superna regenerari virtute, si & vitia, & pristinum vivendi modum, & locum, & præteritæ vitæ locos mutant, ut spiritui ventis Christum indui mereantur, quemadmodum dixit Apostolus Gal. 3. *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis.*

Psal. 35.

Matth. 10.

Luce 21.

4. Cantu. Turon. 1. cap. 1. 2.

5. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

6. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

7. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

8. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

9. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

10. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

11. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

12. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

13. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

14. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

15. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

16. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

17. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

18. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

19. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

20. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

21. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

22. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

23. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

24. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

25. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

26. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

27. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

28. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

29. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

30. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

31. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

32. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

33. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

34. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

35. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

36. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

37. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

38. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

39. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.

40. Contu. Turon. 1. cap. 1. 2.



1. S. Greg. Naz. in orat. in S. Baptif. paragr. Nil prohil praxisto nem eua. 2. Idem Naz. ibidem paulo supra. 3. Ibidem paulo infr. 4. S. Aug. in Joan. tract. 5. tom. 9. & habitur de consec. dif. 4. 6. Baptifm. 5. Idem in 10. 2. tract. 6. eod. tom. 9. 6. Idem. 1. 3. contra Crete. Gram. 6. 6. tom. 7. & habitur de consec. dif. 4. 6. Si inter bonos. 7. S. Aug. tract. 4. 5. & 6. in 10. an. c. 1. tom. 9. Ibidem. hom. de Epiph. 8. l. Tres sunt in priv. de poenit. dif. 1. c. 6. Quis aliquando paragr. e contra ead. dif. 1. & 6. Omnia qui. & duobus. seqq. de consec. dif. 4. S. Thō. in 3. p. q. 68. art. 5. & 6. c. 6. Dom. Soto in 4. dif. 5. q. 9. un. art. 6. concl. 1. 9. S. Thō. ubi supra ar. 6. & c. Dom. Soto ubi proxime.

Si quis interdum Catechumenorum per animi elationem dixerit, aut significarit, nolle se una cum reliquis Catechumenis, aut cum pauperibus, vel illis, aut illis, sed vel solum, vel cum certis quibusdam tantum baptizari, doceendus erit Deum superbis resistere, humilibus autem dare gratiam; ac proinde Sanctum baptismi lavacrum non fastum, aut arrogantiam admittere, sed penitentiam requirere & animi humilitatem, neque alienum à dignitate sua debere baptizari, cum obscuro nobilitate simul cum paupere baptizari, cum obscuro nobilitate, herum cum eo, qui sibi servus fuit. Nemo enim unquam tantopere se demittet, quantopere Christus, in quo baptizatur quicumque salutarius aquis iningitur, sele deiecit, qui salutis nostræ causa servilem quoque formam assumpsit.

Si quis præterea ambitione ductus, insinuaverit se non à deputato Presbytero, sed ab Episcopo tantum, aut magno aliquo Prelato, sive etiam extremae sanctitatis sacerdote, Baptismi Sacramentum suscipere vellet; doceatur 2. eum, qui curatione indiget, de iudicibus sibi iudicium arrogare non debere, nec eorum à quibus purgatur, dignitates, pretiaque anxie & morose disquirere; & quamvis 3. aliis alium probitate vitæ, aut gradus dignitate præcellat, eandem tamen cupidus Baptismi in Sanctæ Trinitatis nomine collati, vim esse. Baptismus 4. namque talis est, qualis ille est, in cujus potestate datur, non qualis est ille per cujus in intentione datur. Et 5. ideo si unus à viro iusto & sancto baptizetur, alter ab alio inferioris meriti apud DEUM, inferioris gradus, inferioris continentia, inferioris vitæ, unum tamen, & par est, & æquale quod accipiunt, 6. quia per ministros dispates DEI munus æquale est, cum non illorum sit munus, sed ipsius Christi, 7. qui principaliter baptizat.

CAPVT VI.

De susceptione Baptismi, & de alijs prævijs dispositionibus ad illum.

Doceat quoque eos ad penitentiam superioris vitæ, quæ exigitur ante Baptismus, probè tenendam, ut 8. contritionem, vel saltem contritionem habeant omnium peccatorum ac delictorum, quæ contra DEUM, & proximum commiserunt, ut ea nimirum ipsi displiceant: & 9. si qui spiritus fervore, seu devotione sibi, vel alteri presbytero peccata, quæ hæctenus admisserunt, confiteri velint, audiantur; non 10. quidem, ut eorum absolutionem accipiant, sed ut 11. sic ea ferio & ex animo se odisse, perspicuum faciant, atque ex humilissimi homilitione, & pudore se magis idoneos præsentent ad Baptismi gratiam recipiendam, vel ut ad peccata vitanda remedia suscipiant, aut spiritualis vitæ præceptis informetur.

In huiusmodi autem Confessione non 12. oportebit omnia singillarim peccata, neque omnes illorum circumstantias confiteri, sicuti in Sacramentali Confessione fieri debet; sed graviora tantum fat erit enarrare. Etenim 13. nec esse ulla pei Presbyterum satisfactio, seu poena imponi, 14. neque absolutio impendi debet; 15. verum si vel fama, vel bonorum restitutionem certis personis facere tenentur; si eam pro loco & tempore faciendam imponat.

Cum Baptismi tempus institerit, Sacerdos instruat competenter de Sacramento, & de ejus ad salutem consequendam necessitate, vi, 16. utilita-

te, & effectu; & quod sicut docet B. Cyrillus 17. Hierosolymitanus: Magnam est sanè propositum hoc Baptisma; Captivitas liberatio, peccatorum remissio, mors peccati, animæ regeneratio, vestimentum candidam, signaculum sanctum & indelebile, curus ad cælum, delitæ paradisi, regni cælestis conciliatio, charismaque adoptionis filiorum. Et S. Gregorius 18. Nazianzenus, Baptismus est splendor animarum, vitæ in melius mutatio, conscientia ad DEUM integratio, Baptismus infirmitatis nostræ adjuvamentum; Baptismus carnis est abjectio, Spiritus affectatio, vel bi participatio, signimenti instauratio, peccati diluivum, lucis communicatio, tenebarum depulsio, Baptismus vehiculum ad DEUM; Peregrinatio cum Christo; si dei adminiculum; mentis perfectio; cælestis regni clavis; vitæ commutatio, servitutis abrogatio; vinculorum solutio, compositionis & coagmentationis nostræ in meliorem statum conversio. Quodque demum Baptismus omnium DEI beneficiorum præclarissimum, & præstantissimum est: ut enim quædam Sancta Sanctorum vocantur, & Cantica Canticorum; quod scilicet laus patrum, ac plura complectantur, præcipuumque dignitatem habeant, eodem modo Baptismus quoque illuminatio dicitur, quod omnes alias illuminationes sanctitatis præcedat. Hæc & alia similia ex sanctis Patribus illos edoceat.

Horretur insuper eos, ut ad factum Baptisma firma & constanti fide accedant, atque id simplici & puro corde, ac sincera mente, quemadmodum divina gratia renovandos oportet, suscipere studeant, ut gratiam quæ cuivis non ponitur obicem conferatur, inde consequantur in remissionem omnium peccatorum, juxta quod scriptum est: Sentite de Domino in bonitate, & simplicitate cordis, quærite illum, quoniam invenitur ab his, qui non tantum illum; apparet autem eis, qui silem habent in illum. Et paulo post: Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplina effugiet sicilam. Ac idcirco caveant ne 19. fidei, si in latè ad illud accedant, ne omnipotens DEUS tanto scelere confensus, ab eis graves pænas, magnamque exigat ultionem.

Jejunium quoque ante Baptismus, ex veteri modo triduanum, aut biduanum, vel prout videbitur, & sine in remissione oratio eis indicatur, ac sedulo admoneantur, ut ad sacra mysteria suscipienda parati sint.

Et ad extremum (quoniam post Baptismus confirmandi sunt, & communicare debent) de Sacramento Confirmationis, & sacra Eucharistia, quantum eorum status & capacitati convenit, instruantur.

In ærea vero parentur eis vestes albæ, ut his suscepto Baptismo mox incedantur, quas si qui ob paupertatem sibi comparare haud commodè possint, vel præfecti domus Catechumenorum, vel loci Ordinarii sua proprie a illas eis undecunque poterunt comparandas curabunt. De alijs quæ observari debent ante ipsam, & in ipsa Baptismi sumptione, dicemus cap. 21.

CA. hæc tribuit Baptismi

\* Sap. 1. 7. Ibidem. 19. De fide accidentibus 1. q. 1. cap. Sacrament. Ex S. Aug. l. 1. contra Donatist. c. 12. & idem mentio Aug. l. 5. de Bapt. contra Donat. c. 20. & de consec. dif. 4. c. quomodo exaudit. & l. 7. de baptif. contra Donat. c. 53. De consec. dif. 4. c. Solei etiam quæri. Innoc. III. in c. Majores paragr. Item quæritur de Baptismo.

10. Card. Cajet. in S. Tho. cit. art. 6. & Dom. Soto ubi sup. 11. S. Greg. Naz. in orat. in S. Baptif. 12. S. Tho. art. 6. Dom. Soto d. art. 6. 13. S. Anb. in epist. ad Rom. c. 11. super verb. line penitentie sunt dona & vocationem habent, eodem modo Baptismus quoque illuminatio dicitur, quod omnes alias illuminationes sanctitatis præcedat. Hæc & alia similia ex sanctis Patribus illos edoceat. consec. dif. 4. c. sine penitentia. S. Thō. art. 5. & Soto in 4. dist. 5. un. art. 5. 14. Card. Cajet in D. Thom. cit. art. 6. & Dom. Soto cit. q. un. art. 6. 15. S. Thō. art. 6. 8. art. 5. ad 3. & Dom. Soto in 4. cit. dif. 5. q. 9. un. art. 5. in respons. ad 3. 16. S. Gregor. Naz. orat. in sanctum Baptisma. 17. S. Cyrillus in Pro catechif. anti. fin. CA. hæc tribuit Baptismi